

Nel giudizio presieduto dal conte Ubertus, Petrus, abate del monastero di San Salvatore al monte Amiata, rappresentato dall'avvocato Geitius, ottiene l'investitura *salva querela* di tre sorti situate nel luogo di Tentimano contro Alvitius figlio di Agolberti, giudicato in contumacia.

Originale.

Archivio di Stato di Siena, Diplomatico, San Salvatore [A].

Edizioni: Kurze, CDA, II, n. 207

+ Dum in Dei nomine in comitato Suanense, in loco Mainertja, in gudicio resedebant Ubbertos comes¹ et resedentibus cum eo Petru iudex sacri palatji, Lambertu gudex, Rodolfu gudex, Belitjo de civitate Suana, Teufredu castaldu, Betjo de monte Amiato, Albitjo filius Norditji, Albitjo filius Eritji, Gualteri, Teutjo, Gerardu filius Siifredi, Gouermannu, G[u]arnolfu filius Elditji, Rolandu de Stertjanu, Petru filius Anselmi, Elditjo filius Boso, Raibertu de Figline, Elditjo filius Bosi, et aliis pluris, ibique in eorum venies presentja Petrus abbas de monasterio sancti Salvatori, sit[o mon]te Miato², una cum abocato nomine Geitjo de monasteriu sancti Salvatori ac reclamavit: "Iam plures vices in vos domno Ubberto comes, de Aluitjo, filio Agolberti, quod malo ordine contra lege invaserunt et tenerunt tres sorti et rebus, qui sunt posite in loco Tentinano cum vocabulu ecclesie sancti Alexanderi: illa una detenet Andrea masario, alia per Domenicu masariu et tertja in sancto Sauino, quia detene Alcisi masario; ipse suprascripte sorti et rebus, qui pertine de suprascripto nostro monasterio sancti Salvatori et sunt posite in suprascripto loco et vocabulo, sucut superius legitur, unde vos domno Ubberto comes multi ei direxisti misus ec antes placitu^a, set eos nullo modo at vestra abere potuisti placitu. Unde quero at vos, domno Ubbertu comes, pro Dei timore et remediū animeque mercede domni inperatori et Ugoni marhii et vestra elemosina me, cui super Geitjo, de suprascripto monasterio atvocatu, de ipse prenominate sortis, sicut ipsi suprascripti masarii at sua abu[nt] et detenunt manu, at salva querella me, cui super Petrus abbas, unam cum Geitjo, atvocato de suprascripto monasterio Domini Sal[va]tori sito monte Miate, investiatis at pars ipsius monasterio nostro". Cumque ipse Geitjo, atvoc[ato] de ipso monasterio, taliter dixise, tu[n]c ipse Ubberto comes et gudici qui ibi atera recordati sunt et dixerunt, quod est: "Per multa placita^b reclamare viderunt super illi Aluitjo, set eos nullo modo at placitu abere potuit". Tunc ipse Ubbertu comes et gudici, qui cum eo erant, fecerunt per ipsu placitu iam dicto Albitjo querere et vociferare, set minime at placitu abere potuerunt. Stati predicto Ubberto comes per fuste, qua suis detenebant manibus, predicto Petrus abbas unam cum abocato suo Geitjo at pars ipsius monasterii sancti Salvatori de predictis rebus at salva querella investivit et insuper misi bannu domni inper[ato]ri super ipse Petrus abbas unam cum abocato suo Geitjo et super casis et rebus ipse, sicut super legitur, in macusos aureis due milia, ut nullus quilive omo magna parvaque persona suprascripti rebus invadere aut ipso suprascripto monasterio devestire audeat sine regali gudicio; qui vero oc fecerit, predicti duo milia macusis aureis componituris se agnosca, medietate pars camare domni inperatori et medietate predicti monasterii; et in eo modo finita est causa. Unde agh notitja pro securitate et futura ostensione at memoria abenda vel retinenda fierit, quide et ego Lambertus notarius et gudex ex gusione de suprascripto Ubberto comes seo et gudici atmonitjone scripsi, anni ab icarnatjone Domini nostri Ihesus Christi nogetesimo nonaiesimo primo, mense gulium, indictjo quarta.

+ Ego Ubertu comes subscripsi.
(S) Petrus iudex sacri palatj ibi fui.
(S) Rodolfredi iudex ibi fui.
+ Signum manus Belitjo ibi fuit; Teufredu castaldu ibi fuit.
+ Signum manus Betjo ibi fuit; Albitjo ibi fuit; Eritjo ibi fuit; Aluitjo, filius Eritjo, ibi fuit.
+ Signum manus Gualteri ibi fuit; Teutjo, Gerardu, Guuermannu ibi fuerunt.
+ Signum manus Guarnolfo ibi fuit. + Signum manu Rolando ibi fuit. + Signum manus Elditjo ibi fuit. + Signum manus Petroni ibi fuit.
+ Signum manus Raiberto ibi fuit.

¹ Di difficile identificazione per la sua rapsodica apparizione nelle carte, Collavini 1998, p. 95 e Puglia 2006. Presiede il placito CDA, II, n. 208 (luglio 991).

² San Salvatore al Monte Amiata, Kurze 1989b, pp. 357-374; Ascheri – Kurze 1989 e più in generale Marrocchi 2014. Viene citato anche nella seguente documentazione giudiziaria: *ChLA*² LXI, n. 37 (novembre 822); *ChLA*², LXII, n. 12 (maggio 828); *ChLA*², LXIII, n. 26 (luglio 886); CDA, n. 180 (903 ottobre 21); CDA, II, n. 215, (ante 988) e CDA, II, n. 207 (luglio 991).

^a Si desiderano.

^b Si desiderano.